



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnium Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

Qvæstuarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

A D D I T I O.

Puer.

Puer ante septennium non ligatur Ecclesie legibus, imò secundum quosdam, nec ante duodecimum censuris. Certè infantes non comprehenduntur interdicto, nec prohibentur ingredi monasteria: prohibentur tamen tempore interdicti sepeliri in loco sacro. *Puer ante*) vid. *Censura* 1. *confessio* 3. Certè *infantes*) Covarr. in *c. alma*. p. 2. §. 4. nu. 5. Cord. q. 60. Syl. *interdictum*. 2. *vers. decimum septim.* Sayr. l. 5. c. 4. num. 21. Sed Nav. c. 27. n. 168. comprehendit idem Maiol. l. 20. de *irregul.* nu. 1. de pueris capacibus *Nec prohibentur*) Sayr. l. c. Nav. com. 4. de reg. n. 59. Cord. l. c. si nondum septennium attigerunt. *Prohibentur tamen*) Vid. Sayr. l. c.

A D D I T I O.

*Purgatorium.*Vid. v. *Indulgentia, Oratio.*

Remittuntur in purgatorio peccata venialia hic non remissa per displicentiam, vel actum e charitatis, in quo virtualiter poenitentia includitur. *Depur.*) Val. t. 4. d. 11. *quest.* 1. Bellar. t. 2. lib. 2. Cath. Scol. in 4. Joan. Eck. *Peres. de trad* Vid. Bellar. l. 1. c. 9.

In purgatorio igne anima vexata, in gratia sunt confirmata, ac perinde certæ de sua salute. Bel. l. c. 4. Val. l. c. *asser.* 2.

Pœnæ purgatorii paulatim remittuntur. Bellar. l. c. *cap.* 14. *in fin.*

Post ultimum iudicii summi diem nullæ erunt purgatoriarum pœnæ. Aug. l. 21. de *Civ. cap.* 16. Vid. Bellarm. l. c. c. 9.

A D D I T I O.

Questuarii.

Questuarii eleemosynarum nullibi admittendi. Ex *Conc. Trid.* ubi tamen non prohibentur, qui sine indulgentiarum

tiarum publicatione petunt pro se, aut loco pio, quive elemosynas collectas in pios usus erogant. *Trid. sess. 21. c. 9. de refor. & sess. 5. de refor. c. 2. in. fin.* Vid. Nav. *tract. de jub. 1. & in. dul. not. 46.*

R.

ADDITIO.

Raptus.

Raptus propriè dicitur quando persona aliqua invita, vel resistentibus ejus parentibus, seu illis sub quorum cura est, adducitur per vim ad libidinem explendam; vel ad matrimonium contrahendum. Raptor subjacet pœnis Tridentini, etiam si postea non expleverit libidinem ob superveniens impedimentum. Raptus superaddit fornicationi multiam contra justitiam, & non solum committitur, quando femina abducitur per vim, sive ipsa sit virgo, sive corrupta, sive conjugata: sed etiam quando vir abducitur per vim. *scilicet dicendum quando quis virginem opprimit in domo patris, aut illam trahit de uno cubiculo in aliud, ut ibi ea facilius abutatur tom. 1. De iis, quæ pertinent ad usum matrimonii, quæst. 4. punct. 18. n. 1. & seq.*

2. Pœnæ contra raptorem decretæ sunt capitis & bonorum amissio, excommunicatio ipso facto incurrenda ante sententiam judicis ab ipsis etiam qui consilium, auxilium & favorem præbent raptoribus; præterea infamia & incapacitas dignitatum: ut raptor non possit contrahere cum raptâ se vel ab alio antequam constituatur in loco tuto, ut teneatur, sive matrimonium contrahat, sive non, ad decenter dotandam raptam arbitrio judicis, & ut matrimonium invalidum sit, dum raptâ est in potestate raptoris. *ibid. n. 9. & seq.*

3. Ille adhuc dicendus est raptor, qui per vim abducit uxorem, quæ vult uti spatio duorum mensium sibi à jure concessio ante consummationem matrimonii. *ibid. n. 13.*

ADDITIO.

Ratificatio.

Ratificatione, etiam tacita, convalescunt gesta per metum,